THEOLOGISCH-PHILOSOPHISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Österreich (Admont?), 12. bis 13. Jh. Seite 9v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26564
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Humilitas ⁊ malorum passio. ab omni peccato liberant hominem. hec quidem anime. illa vero corporis intercidens vicia. Hoc enim faciens ⁊ beatus apparet dauid in quibus orat ad dominum dicens. Vide humilitatem meam ⁊ laborem meum ⁊ dimitte omnia peccata mea.

Per mandata quidem dominus sine vicio efficit eos qui operantur illa. per diuina vero dogmata illuminatione scientie sue illis donat.

Omnia autem dogmata de deo aut de visibilibus ⁊ inuisibilibus. aut de prouidentia que est in eis ⁊ iudicio.

Elemosina quidem irascibilem partem anime curat. ieiunium vero concupiscentiam macerat. oratio autem mentem purificat. ⁊ ad eorum que sunt preparat contemplationem.

Ad uirtutes et anime ⁊ mandata dominus nobis donauit.

Discite quia mitis sum ⁊ humilis corde ⁊ quia deinde. Mansuetudo quidem sine perturbatione furorem custodit. humilitas autem a fastu ⁊ uana gloria liberat.

Duplex est dei timor. Hic quidem qui ex minis supplicii nobis ingeneratur: propter quem continentia ⁊ pacientia ⁊ spes in deum. ⁊ impassibilitas. ex qua caritas secundum ordinem fit in nobis. Ille vero ipsi caritati coniunctus est. religionem semper in anima faciens. ut non propter caritatis confiden